

PHILÆNON

ARAE

SIMONIS SIMONIDAE

*A D*

ADAMVM HIERONYMV M

SIENIAVIVM



SAMOSCI

ANNO DOMINI. M. DC.



PHILIPSON

ARABIC  
PERSIAN  
INDIAN

AND  
MUSLIMAN  
LITERATURE



XVII - 599 - III

# PHILÆNON

ARAE

SIMONIS SIMONIDAE

AD

ADAMVM HIERONYVM

SIENIAVIVM

**S** IENIAVI, quando famate pulcherrima  
Per ora mittit, fortia audacem aggredi  
Facta, enolat mi gaudijs illustribus  
Cor, ad tuum sublime se iactans decus,  
Prægestiensq; cum receptum gloriæ  
Lætis quadrigis te ad Iouis solium veham,  
Ponamq; diuos inter Heroas, nouum  
Sydus, salutem patriæ sanctissimam  
Qui habuere, nec vitæ pro ea, nec parci opum.  
Qualis viget laus ampla maiorum tuum,  
Nulla inquinata labe conatus tetri.  
Vestigijs quorum pedem tu collocas,  
Zamosciæ virtutis aptus nunc comes.  
Olim leonem splendidis venatibus

A

Per

15 Pervasta te squa feruido intentum impete,  
 Nati minores vt sequantur, & nouum  
 Vnguem minantur sanguine alto tinguere,  
 Sive offerat se vis apri, seu luca bos.  
 Sic patrie hunc patrem, sacrum cælo caput,  
 16 Dum iusta contrâ hostis furorem barbari  
 Incendit ira, & vindicem excitat manum,  
 Flos acriorum consequi gaudet virum.  
 Quos inter, haud vlli secundas tu dabis,  
 Visendus in certamine asper Martio,  
 17 Magni pericli iam capax pectus gerens,  
 Dextrinmq; mox hostis calenti sanguine  
 Sparsurus. At tanto magistro dum capis  
 Magnum rudimentum in chlyti tyrocini,  
 Fouis velut diæ alitis soboles minor,  
 Nido expedita nuper ala se efferens,  
 Ne muneris duntaxat hoc puta tui,  
 Quâ perduellum stat globus densissimus  
 Fre igneum, & latè cadaverum dare  
 Stragem. sed arcem in editam mentis bonæ  
 Te profer, & defige visus liberos,  
 Quæis iste vir sese artibus cælo inferat,  
 Quantum recondat corde veri roboris,  
 Inuictus erga omnes procellas temporum,  
 Rectum tenere ubiq; clauum pertinax,  
 Virtutis à cursu, nequæ inuidiæ, nequæ  
 Ingratitudinis repulsus turbine,

Honore nil Regis sui, nil patriæ  
Integritate cogitans felicius,  
Illisq; vitam, illis salutem deuouens.  
Sientiani, tu quidem venustum ver modo  
Ætatis instas, non tamen maturitas  
Senum tibi est aduersa, non pectus sagax.  
Sentisne? quanta rem Polonam nunc premant  
Discrimina, & vacuum latus circumtonent,  
Simusq; vel vilissimis contemptui?  
Omnes veterno perfruamur interim,  
Vel negligentes, vel ruinæ nescij,  
Aut vana volentes spei molimina,  
Orbemq; verti pristinæ optantes rei.  
Vel cum si quos tangit, & sensus mali,  
Plerosq; cernas destitutos virium,  
Pauore anbelos, impotes rerum & sui,  
Ceruice pessimum receptantes iugum.  
Nox atra quando nauitas prensos mari,  
Gelûq; congestisq; tempestatibus  
Oppressit, vsûmq; omnem ademit remigj,  
Herent remissas languidi incassum manus,  
Tumidoq; præstolantur hauriri æquore.  
Ast aureæ lucis parens, solo optimus,  
Simul serenum protulit cælo iubar,  
Tenebrisq; turbidumq; composuit mare,  
In corda pristinus remeat ollis vigor,  
Ventisq; vela pandere, & remis aquas

*Verfare gaudent, & labore strenuo  
Tandem cupitis aduebuntur portubus.  
Sieniaui, cum nos tanta nox super tegat,  
Fluctuq; seuo hinc vortices vorent & hinc.  
Dicamne solis instar hunc nobis virum  
Fulgere? qui mentes reiectas suscitet,  
Qui demat oculis improbam caliginem,  
Qui nudet artes, nocte pessima satas,  
Insanientum ciuium heu artes malas,  
Qui reddat animos, qui reducat spem bonam,  
Ducemq; se orsis præbeat pulcherrimis.  
Qualem modo dat, arma contra perfidi  
Prædonis, in sefforis, insultum aduocans.  
Periurijs qui nixus insolentibus,  
Fædauit heu dios propinquos Principes,  
Bellis nefandis, institutis impiè.  
Non purpuræ, non fæderis sacri memor,  
Non hospitalis iuris, aut dextræ datæ,  
Regnisq; nostris inbiat impudens lupus,  
Rapto proteruus, præda opima ganniens.  
Hæc audiet portenta sæclum posterum?  
Fuisse ciues (heu Polonam olim fidem  
Nulla respersam labis impuræ nota,  
Regumq; patriæq; seruantissimam)  
Qui fraudulentæ obnoxij vicinæ,  
Auro redempti, vel magis quod despuas,  
Suamq; prolem, seq; remq; publicam,*

*Frent profanis traditùm latromibus.  
Atqui, nec illos sanioris ingenij  
Esse autumo, sermonibus qui perstreput,  
Nil attinere perditam Valachiam,  
Nec interesse illam Poloniæ adijci.  
Quæ limes olim & murus vnicus fuit,  
Nunc Marte nostro constitutus denuò,  
Ferroq; partum, serua ne Scythis foret.  
Exposita nunc prædonis ad lubricinam,  
Impunè (prò pudor) palam regnabitur?  
Non hoc auo viuente permissum tuo est.  
Exerciti dum floruit Dux optimus,  
Asserta cui se debuit Valachia.  
Vt cumq; v& sanibat hostis infremens,  
Parereq; illam mancipi instabat suo.  
Auis tuus vetabat armis fortibus,  
Eumq; rectorem Vlachis victor dabat,  
Quem Rex Polonus more iusserat bono.  
Hoc factit arat antea virtus quoque  
Tarnouij. hoc Rex ipse, quo nil mitius  
Nil pace blanda & otio inclytum magis,  
Augustus, attento cauebat pectore,  
Curamq; traditæ sibi à maioribus  
Prouinciæ nunquam remittebat sciens.  
Seu vindicare armis necesse illam foret,  
Haud segnis infesto expetebat milite.  
Nunc, semper habita, negligetur scilicet,*

*Aut*

Aut deseretur nostra, per socordiam.  
Mentisne læsæ vel supinæ hoc censeam?  
Quasi ista pestis sine consistat suo,  
Nec se uiores sumat ex scelere animos.  
Præ ut nefandis venditat iactantijs,  
Præ utq; fracta Dacia exemplum dedit.  
At vos, quibus stat corde non mollissimo,  
Ergà Polonam rem tenacior fides,  
Ite ô saluti nata pectora patriæ,  
Opprobriumq; cui pudendum tollite.  
Ne simius, siue æmulum iste se magis  
Optat cieri, perperam insultauerit.  
O ite factis audiendi illustribus.  
Jam iam pauore barbarus matres quati,  
Ripamq; trans Istri volare acres metus,  
Ipsumq; turpem, informe monstrum sæculi,  
Orbis tyrannum, contuor palle scere.  
Vexare quem, tantine scilicet precj  
Fuerit, tot annis, tot duellis fortibus?  
Ut prædo tandem Daciæ regem bonum,  
O Roma, regem purpuri insignem tua,  
Prædo profano mancipatus schismati,  
Maclaret, & regnis auitis pelleret,  
Diui genus (prò atrox nefas) Bathorrei.  
Grassatus inde liberam in viciniam,  
Vix Turcico paulum resspirantem ex iugo,  
Sese tyrannum innoxijs imponeret.

Quod



Quod Turca ritè alto cachino habeat ritum.  
Vexilla cuius, cuius aureum decus,  
Iste iste nuper Christianus Hercules,  
Ostentat, atque agnoscit, & iactat volens,  
Fecisse facum letus, arte perfida.  
Sed ite vos benigniore numine,  
Opprobriumq; æui pudendum tollite,  
Causa q;, consultisq;, fulti candidis,  
Læsos iuuare strenui, non ledere.  
Jam læta vos felicibus victoria  
Acceptat vlnis, & mouet non futile  
Exordium rebus gerendis postmodò.  
Quà Nilus arua gurgite alto diuidit,  
Quà Tanais borrentes gelu terras secat,  
Septentrionum alumnus iste dissitus,  
Currus propinquos ille solis contuens,  
Vistricis hæc Poloniæ stet terminus.  
Aperta ferro qualibet patet via,  
Si Marte iusto fulminent acres viri,  
Ceptumq; persequantur immoti decus.  
Sed me voluptas te alloquendi diùm rapit  
Sieniæui, quò aurem muniam magis tuam  
Contrà maligna dicta patriæ hostium,  
(Quis namq; non numero hostium istos deputem,  
Qui proferendos patriæ fines vetant?)  
Fratres Philænos attigisse me iuuat  
Dulci Camæna, & laude ferre debita.

*Fratres Philenos, inclytæ Carthaginis  
Prolem beatam, patriæ summum decus,  
Diuosq; penè terminales præsidēs.  
Quos grata dignaretur olim patria  
Arusq; diuinisq; ritè honoribus.  
Carthago te regnare par meritò fuit,  
Tam commodæ sobolis creatricem optimam.  
Te ferre postremas Cyrene ignauior.  
In festa cum vos litibus contentio  
Versaret, offensas regundis finibus,  
Nec certus onum limes interiungeret,  
Cedesq; miscerentur inde Surgia,  
Iniuriarum nec fieret vllus modus.  
Condicta tandem pactio modum dedit.  
Vtrinq; lecti ad præstitutam horam & diem,  
Celeripedes excurrerent duumuiui.  
Et quisquis excepisset obuios locus,  
Hic limes esset, nec gradum vltra tolleret.  
Fratres Phileni, læta Carthago suum  
Vestros reiecit in sinus negotium.  
Nec vos inertes iussa patriæ exequi,  
Tantaq; cum cura excucurristis domo,  
Tantisq; metam protulistis passibus,  
Vt maximo moram suorum incommodo  
Lueret Cyrene. nec tamen pacto statim  
Parebat, aut sinebat admissum pati.  
Quin vsquè tricabantur obstantes viri,*

Remq; expeditam fraude dictabant mala.  
Jam iamq; vtrique tota sese effuderunt  
Hinc ciuitas & hinc, & arma de integro  
Plebes mouebat. rixa donec aspera  
Nonis dirempta pactionibus stetit.  
Vestrum volutis pactionibus in caput.  
Quae vos sacrarunt caelo, & olim saeculis  
Exemplar illustre ediderunt omnibus,  
Amoris excellentis erga patriam.  
Quippe optionem depoposcit insuper  
Talem Cyrene. si dolo vasfro sine  
Peracta constitisset illa cursio.  
Vel denuò fieret periculum illius.  
Vel quâ suprema meta fixisset pedem,  
Carthaginenses hac suos duumuiros,  
Viuos, videntes, dederent mandari humo.  
Vel si Cyrenibus facultatem parem  
Quâ prode undicumq; vellent, linquerent.  
Hac obruendos dederent ipsi quoque.  
Concordiæq; finis æterna hæc foret.  
Nec mutitatum est amplius verbum vnicum.  
Quum læta vos fratres Philæni corpora  
Donastis vltro, nec petenti patriæ.  
Illoq; cui hæc sistis innixi solo,  
Se termini passi estis obrui vicem.  
Hinc grata vobis patria illo met loco,  
Arasq; , solennesq; ritus, condidit,

Late.

Lateq; toto nomen orbe diditum est,  
Noſtroq; ſæclo floret vſque gloria.  
Fratres Philæni, vos ego, vos carmine  
Meo vocabo ſæpè diuos præſides,  
Arasq; veſtras flore conſpergam nouo.  
Nec augurij mendacis autor audiam.  
Fœcunda vt acribus viris Polonia eſt,  
Si corda ciuium ſuorum talia  
Producat, haud magni negotij rem fore,  
Quin finibus ſe proferat latiffimis,  
Nili fluent a propter, & Tanaim tenuis.









